



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

6. Apostolorum paupertas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45699**

tum, quod Magi Filio obtulerunt, cuius sciebat maiestatem nullis muneribus sat dignè posse honorari, neque mysteria, quæ eis significabantur ignoravit: sed illico, quod accepit, pauperibus erogavit, ut D. Bonaventura alijsque existimant. S. Antonini verba sunt: *Aurum sibi oblatum a Magis non modicum, prout decebat eorum regiam maiestatem, non sibi reservavit in posterum, sed (ut dicebat devotus Bernardus) pauperibus per Ioseph dispersit.* Quid facis, ô Virgo, cur aurum das alijs? ipsa pauperes; mox iubeberis exulare; in Ægypto quis te alet? itineri aliquid reserua. quis scit quando reuertura sis ad notos & familiares? Et quid putas, numquam ægrotabit tuus Iosephus? numquam esuriet tuus Iesus? mille sunt humanæ vitæ casus, qui pecuniam exigunt. Cur aurum non seruas à regibus donatum? Brevis, & grauis est responsio. *A principio noui in corde meo, si esset Deo acceptabile, obseruare virginitatem, nihil unquam possidere in mundo.*

Ita rex regum, & diuina Sapiencia, ita Deus & Dei Mater, Regina Angelorum paupertatem amauerunt. Quid putemus Apostolos fecisse? quid Martyres, quid Confessores, quid Eremitas, quid tot sanctas Viduas & Virgines? quid Angelicos adolescentes & adolescentulas? quorum totum studium fuit, ut Christum imitarentur. De Apostolis omnibus loquens vertex Apostolorum Petrus ait: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Neque reliquerunt omnia dumtaxat, sed reliquerunt etiam ex voto. *Apostoli, inquit S. Thomas, intelliguntur vouisse pertinentia ad perfectionis statum, quando Christum, relictis omnibus, sunt secuti.* Ex quo loco duo colliguntur. Primum est, si Apostoli in vouenda paupertate sunt secuti Christum, ergo & ille in eadem paupertate vouenda præcessit, tamquam perfectionis magister, qui illis specimen & exemplum dedit. Certè perfecta opum abnegatio ac abrenunciatio, non fit nisi per votum, per quod vouens non tantum præsentia, sed etiam futura bona, quæ habere potest, liberè à se abdicat. Præterquam, quòd sit nobilissimus religionis actus, quo non tantum res & actus, sed etiam voluntas ipsa in totum Deo consecratur, ita ut rem nec habere, nec velle possit. Ob quas rationes probabilius est, Christum voto se ad paupertatem obstrinxisse, ut cum Medina, Caietano, & alijs docet Suarez & Salme-

S. Bonavent.  
cap. Medic.  
vit. Christi.  
S. Antonin.  
4. p. tit. 15.  
cap. 37. §. 2.

Lib. 1. Renc.  
lat. S. Brigide.  
c. 10.

VI.

Matth. 19. 27.  
Luc. 14. 33.  
S. Thom. 2. 2.  
q. 88. art. 4.  
ad 3.

Franc. Suar.  
rcz 3. p. q. 4.

disp. 20. sect. 2. ron, & ego fufius ostendi, in lib. de Imitatione S. Pauli Apostoli.  
 Salmcron. t. 5. Alterum est, Apostolos Euangelicorum consiliorum magis exem-  
 tract. 4. plo, quam verbo, magistros extitisse. De terra, inquit S. Augusti-  
 August. l. 17. nus, *suscitatus est (Paulus) super omnes diuites pauper, & de illo ster-*  
 de ciuit. c. 4. *core erectus supra omnes populos opulentos ille inops, ut sedeat cum po-*  
*tentibus populi, quibus ait: Sedebitis super sedes duodecim, & sedem glo-*  
*ria hereditatis dans eis: Dixerant enim potentes isti: Ecce nos dimissi-*  
*mus omnia, & secuti sumus te. Hoc votum potentissimi vouerant. Sed*  
*unde hoc eis, nisi ab illo, de quo hic continuo dictum est, Dans votum vo-*  
*uenti? Videri potest Aluarus Pelagius, & Hieronymus Platus,*  
 Aluar Pelag. lib. 2. de plan- Admiracionem mouit olim Agesilaus rex Lacedæmoniorum iam  
 etu Eccl. c. 9. senex, quòd persæpe sine calceis & tunica prodiret in publicum,  
 Hieron. Plat. lib. 1. de bo- cum lacera veste, idque matutino tempore hiemis; vt scribit Ælia-  
 no stat. Re- nus; Et Phocion Atheniensium dux mirificè extollebatur, quòd  
 lig. c. 20. ruri aut militiae nudus semper & absque calceis incederet, nisi fri-  
 Aluan. lib. 7. gus intolerabile incidisset; ita vt per iocum etiam milites inten-  
 var. Plutarch. sum gelu significari, amictu Phocione, dicerent, teste Plutarcho,  
 in vita Pho- Et Cicero ait: *Audisse te arbitror, Scipio, hospes tuus auitus Massi-*  
 cionis, nissa que faciat hodie nonaginta annos natus: cum ingressus iter pedibu  
 Cic lib. de sic, in equum omnino non ascendere; cum equo, ex equo non descendere.  
 senectut. nullo imbre, nullo frigore adduci, ut capite aperto sit, summam in eo esse  
 corporis siccitatem: itaque, exequi omnia regis officia, & munera. Hi  
 tales, vel ob corporis ita allueti duritiem, vel ob vanum populi  
 plausum, neque capite, neque pedibus tecti incesserunt; Apostoli  
 id ex mandato Christi, ex amore paupertatis factitarunt. Illis enim  
 dictum est: *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam*  
 in *zonis vestris: non peram in via, neque duas tunicas, neque calcea-*  
 menta, neque virgam. Etiam hoc igitur, Christi imitatione, fece-  
 runt. Nonnulli putant, non omne genus calceamenti, sed illos  
 tantum calceos à Domino prohibitos, qui totum pedem tegerent;  
 sandalia autem, quæ solæ erant, solamque, tegebant plantam, con-  
 cessa esse. Aliqui existimant, duo paria calceorum, alterum in-  
 defectum, sicut *duas tunicas* Christum vetuisse; ne in futurum sol-  
 liciti essent. Sed mihi prior sententia probabilior videtur; est  
 enim concordia Euangelistarum, & paupertati Apostolorum  
 conuenientior. Itaque semitecti incedebant. Qualibus autem  
 vestimen-

vestimentis, quàm vili materia vsi sint, & picturæ, & reliquæ illorum declarant. Cibos quoque non lautos eis apponebat Christus, qui eis, etiam post resurrectionem, exacto magno piscationis labore, exiguum conuiuium apparauit. *Vt enim descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem.* Denique propriam habitationem nullam habuerunt; sed, instar mendicorum, vbique & nusquam, domi fuerunt; totusque mundus & exilium & patria illis extitit. De S. Pauli paupertate, in citato libro multa dixi. Illud hic addendum est, quod S. Antoninus, in sexto gradu paupertatis, ex Alberto, his verbis indicat: *Sextus, omnia dare, semetipsum relinquere, & ultra hoc laborare manibus, vt tribuat necessitatem patienti, vt fecit Paulus; qui laborabat manibus suis, vt ipse dicit ad Corinthios, vt sibi & socijs subueniret.* Et quamuis manuum labore sibi & alijs victum quæreret; tamen & illud dixit: *Vsq; in hanc horã & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cadimur, & instabiles sumus.* Vbi omnia pauperum incommoda recensuit; famem, sitim, nuditatem, despectum, denique & defectum habitationis, ait enim *instabiles sumus, certam sedem non habentes.*

Apostolis tempore proximi, erant proximi & virtute. Nam primæui fideles, etiã coniugati, vouebant vt plurimum paupertatem. De ijs enim testatur D. Lucas ita: *Erant perseverantes in doctrina Apostolorum,* doctrina autem Apostolorum non erat tantum de præceptis, verum etiam de consilijs Euangelicis. Sed longè clariùs id docetur historia Ananiæ & Sapphiræ. Ananias enim dicitur, *fraudasse de pretio agri, conscia uxore sua.* Quæ fraudatio furtum, immò sacrilegium rei Deo dicatæ nominatur à SS. Patribus: quia vel disertè vouerat, vel certè professus erat verbis, aut ipso facto plenam bonorum, & pretij eorum venditorum abdicationem. Itaque non solo mendacio, aut hypocrisi peccauit, quòd scilicet simularet se dare totum, cum daret partem tantum. Certè si fraudauit, fraus non in propria, sed aliena re potuit committi, & si votum violauit, necesse est, eum paupertatem promississe. Violasse autem votum, disertè affirmat S. Augustinus inquitens: *Dum ex eo, quod promiserat, partè subtraxit, sacrilegy damnatur & fraudis. Sacrilegy, quòd Deum in pollicitatione fefellerit, Fraudis, quòd integris mu-*

Ioan. 21. 9.

S. Antonin. 4. part. tit. 196. c. 32. § 2.

1. Cor. 4. 15.

VII.

Act. 2. 42.

Act. 5. 2.

S. Augustin. serm. 27. de verb. Apost.